



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno 313. Usque Ad Annum 361

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1758

VD18 90117778

§. 4. Gallus Cæsar.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66022](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66022)

Sæculum IV. dabat, quibus pro bonis, ab eo acceptis,
 A. C. 350. gratias agebat, suadebatque, ut sibi ipsi
 eadem daret, negotiorum turbis renun-
 tians. *Socrat. II. c. 28.* Vetrano depositus est vigesima
Soz. IV. c. 4. quinta Decembris anno 350 postquam 10
 Mensibus regnasset.

§. IV.

Gallus Cæsar.

*Zosim. l. 2. p. 644. Vi-
 stor. epit.
 Eutrop.* Interim Magnentius Nepotiani metu se
 liberaverat, quem missus adversus eum
 Marcellinus non levi pugna devicerat.
 Occisus est Nepotianus, & avulsam a
 corpore caput hastæ impositum in urbe
 Roma circumlatum. Viginti octo non
 plures dies regnaverat a tertia Junii, us-
Athan. I. apol. p. 617. que ad primam Julii anno 350. Mortem
 ejus ingens persecutio secuta est; Eutro-
 pia Mater ejus, cum aliis altioris condi-
 tionis hominibus, neci data. Itaque ad
 A. C. 351. initium anni 351. nemo nisi Magnentius
 supererat, qui de Imperio cum Constantio
 dimicaret. Antequam Constantius
 contra eum cum exercitu iter susciperet,
 familiæ suæ bono, & Provinciarum Ori-
 entalium adversus infestos Persas securi-
 tati provisum esse voluit; cumque care-
 ret prole mascula, Patruelem suum Gal-
 lum, Julii Constantii filium elegit, & de-
 cima quinta Martii 351. Cæsarem dixit,
 eique sororem suam Constantiam, Anni-
 balliani

balliani viduam, uxorem dedit. Gallus Sæculum IV. A. C. 351.
 annum vitæ agebat vigesimum quintum, quem etiam Constantium nominari, non
 nunquam legitur, hoc nomine ei ab Im-
 peratore imposito. Cæsaris Potestate Sozom. V. hist. c. 19.
 auctum Antiochiam dimisit; ibi Gallus
 S. Babylæ reliquias in suburbium, a Daph-
 ne dictum, transferri iussit, ut locum a
 superstitione turpitudine, & impudicitia
 ibi committi solitis, purgaret. Ex hoc
 nulla amplius oracula, quæ templi &
 Apollinis famam celeberrimam fecerant,
 reddita.

§. V.

Crux prodigiose apparens.

Circa idem tempus, quo Gallus Antio- Socr. II. c. 28.
 chiam venit, grande prodigium in
 Oriente visum. Crux fulgens supra Ci- Soz. IV. c. 5.
 vitatem Jerosolymam in Cælo apparuit,
 a monte Calvariæ usque ad montem oli-
 varum per quindecim stadia, quæ prope
 tres partes unius leucæ conficiunt, exten-
 sa, latitudo crucis longitudini par erat;
 non tenues radii, quales Cometæ esse so-
 lent, sed densissima fulgidæ lucis colle-
 ctio conspiciebatur. Hoc Phænomenum
 clarissima die circa horam nonam matu-
 tinam septima Maji, hujus anni 351 vi-
 sum, omnes Jerosolymæ habitatores
 perterruit; relictis foris, domibus, &
 quidquid operis in manibus erat, ad
 Eccle-